Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

P

V

dicentes. ergo entia sic se habere verum
dicunt omnes. Quod quidem igitur ab e
odem sunt intellectu utrique rationes
palam. Est autem non idem modus
ad omnes. hii namque persuasione
egent illi vi. Quicumque ex dubitasse ex
istimaverunt ita horum levis ignoran
tie ignorantia sanatio non enim ad orationem
sed ad mentem obviatio eorum. Quicumque
orationis causa dicunt horum argutio
curatio et eius que in voce orationis
et eius que in nominibus. Venit autem
dubitantibus hec opinio ex sensibilibus
que quidem eius quod simul contradictio
nes et contraria existere videntibus ex eo
dem facta contraria. ergo si non con
tingit fieri non ens preexistit similiter
res ambo ens. ut anaxagoras
mixtum omne in omni ait et de
mocritus. Et enim inane et
plenum similiter secundum quamcumque existere parte
quamvis hoc quidem horum esse ens. illud
vero non ens. ad eos quidem igitur
qui ex hiis existimant dicemus
quia modo quodam recte dicunt.
et modo quodam ignorant.
Ens enim dupliciter dicitur. et ergo
quomodo contingit fieri aliquid ex
non ente. Est autem quomodo non.
et simul esse idem ens et non
ens. sed non secundum idem ens potentia
namque contingit simul idem esse contraria.
actu vero non. Amplius autem dignabi
mur ipsos existimare et aliam
substantiam esse entium cui nec motus
existit nec corruptio nec generatio
omnino. Similiter autem et que circa apparen
cia veritas quibusdam ex sensibili
bus venit. verum enim non plu
ralitate iudicari putant oportere
nec paucitate idem vero hiis quidem
dulce gustantibus esse videtur illis
vero amarum. Quare si labora
verint autem omnes desipuerint.

Duo autem vel tres sani sunt intel
lectum habent. Hos quidem vide
ri laborare et decipere alios vero non.
Amplius autem multis aliorum anima
lium contraria videri et nobis et ipsi autem
unicuique ad seipsum non eadem secundum sen
sum semper videri. Que igitur
horum vera aut falsa non manifestum. nihil
enim magis hec quam illa non.
sed similiter. propter quod democritus ait. aut
nichil esse verum aut nobis non
manifestum. Omnino vero non existima
re prudenciam quidem sensum
hunc autem esse alterationem quod videtur
secundum sensum ex necessitate verum esse di
cunt. Ex hiis enim empedocles et
democritus et aliorum ut consequens
vel unusquisque
talibus opinionibus facti sunt rei. Et
enim empedocles permutantes
habitum permutare dicit pruden
ciam. ad presens enim consilium
augetur hominibus et aliis dicit
quod quantum alii transformati
sunt. et tantum ipsis. et semper sap
pere aliam assunt. parmenides
vero enunciat eodem modo. ut
enim quamcumque habuerint membrorum
complexionem multiflexionis
intellectus hominibus adest. idem
enim est quod quidem sapit mem
brorum natura hominibus et omnibus
et omni. quod enim plus est intelligen
cia. anaxagore quorum pronuncia
tio recordatur ad quosdam so
ciorum quia talia ipsis erunt entia
qualia utique existimaverint.
Dicunt autem et homerum videri hanc
habentem opinionem quia fecit hecto
rem tamquam in extasi sit
a plaga iacere aliud sapientem
tamquam sapientes quidem et desipi
entes. sed non palam ergo quod
si utrique prudencia simul licet